

quidem in affecta eum etate deserit. Themistoclem ferunt dolere solitum, si quando opificum ante-lucana vicitus esset industria: ego verò de Patre meo hoc affirmare ausim, hanc laudem ita ei propriam esse, ut nemo opificum matutinas ejus horas vigilantia sua antecesserit, siquidem integris sic viribus & benè affecto corpore. Illud enim semper ingeminares & inculcare nobis pueris solebat. Auroram esse amicā Musis, neq; ab hoc more suo digitū transversum vel latum unguem in hac etate discedit. Asciendi verò studio senectutis incommoda adeò eum non retardant, ut nihil magis se optare testetur, quam cum Socrate inter canescendum disce-  
re, illamq; semper auream sententiam in ore habeat: Καντὸν ἐτερον πόδα τὴν σορῷ ἔχω πέσμαθεν τιθελοίμω. Perire enim cum Plinio Avunculo omne tempus arbitratur, quod studijs non impartitur. Quem virum nisi paupertas bona mentis soror & angustia rerum penè nascentem cir-  
cumstetissent, & per omnem adolescentiam ad sandapi-  
lam usq; comitata essent, aut si nunc redirent anni, quibus iniquior fortuna invidit mansuetudinem studiorum, in excellentium numero non posteriores ferret. Matre porrò natus est Joachimus Catharina Rev. & optimi Viri Dn.  
M. Joachimi Tegenneri Pastoris quondam in templo D.  
Petri apud Hamburgenses Vigilantisimi filia. Non ar-  
cessam ambitiosè in hanc scenam proavum meum Dn.  
Theophilum Schuldorpium ~~fan~~ Senatorum quondam Rei-  
publ. Hamburgensis, & multorum votis & sententiis con-  
sulem designatum, virum cum virtute & gloria ampliss.  
tum præcipue in hoc ferendum & laudandum, quod summo  
temperamento potestare suam fortunamq; moderat⁹ est. A  
Iudicis verò officio ita abhorruit, ut sape affirmarit, Deum

B 2

se pre-